Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/325355

5.

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

MATTHEUS SAMUEL PETRUS PABST,

RHENO-TRAJECTINUS.

A. D. 1 M. JULII ANNI MDCCCXLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD

AUGUST BÖTTICHER.

MDCCCXLVI.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Frater fratri alimenta non debet.

II.

Pupillus infans sine facto tutoris possessionem nancisci nequit.

III.

Uxor rerum propter nuptias donatarum nanciscitur.

IV.

In L. 69 § 1. D. de jure dotium Florentinam lectionem contra summum Cujacium in Prael. ad Papiniani resp. Lib. IV. cum clar. van de Water (Observ. juris Romani II. 15) defendimus.

V.

Interdicta in absentem non redduntur.

VI.

Uxori judaicae pignus tacitum de dote competit.

VII.

Jus accrescendi prodest emtori hereditatis.

VIII.

Uxor civitatem retinet, licet maritus eam amiserit in casu art. 9 C. C. B.

IX.

Socius usuras impensarum a societate petere potest a die illationis.

X.

Art. 1134 C. C. cum art. 1132 N°. 1. C. C. conciliari nequit.

XI.

A conjuge, absentis bonorum communionem servare cupiente, cautio non exigitur.

XII.

Derelictio ex art. 497 C. M. singularis dolei fieri potest, licet de naulo per aversionem convenerit.

XIII.

Contractus cambii a litteris cambialibus separari non debet.

XIV.

Adsecuratio Romanis nota fuisse non videtur.

XV.

Socius commenditarius, qui se immiscuit rebus societatis, de debitis ante contractis non tenetur.

XVI.

Constitutio art. 674 C. M. probanda non videtur.

XVII.

Poenae fustigationis et stigmatis adversantur juris criminalis principiis.

XVIII.

Poenae istae abrogari posse videntur, licet novus codex poenarum nondum sit introductus.

XIX.

Poenae mitiores et certae, majorem utilitatem praebent, quam acerbae sed incertae.

XX.

Qui aedes suas in loco solitario incendit, ex codice poenali Franc. puniri nequit.

XXI.

In praescriptione poenae ratio habenda videtur temporis quod damnatus in carcere transegit.